



EX HEMETH

DE DOCTRINA TEMPORUM

atate atiret ceteros, sed quod dignitate praestaret Sed hac gratis, ac declinandae auctoritatis gratia finguntur. Nobis exploratissimum est, Abrahamum a patre genitum eo anno, quem Moyses in scripta retulit, atatis septuagesimo, eumdemque primogenitum exstitisse. Hoc vero ex ista potissimum regula deducimus. Quoties in Scriptura historice maxime quippiam narratur, nude ac simpliciter accipienda verba ipsa sunt, eo sensu, quem pra se ferunt: nisi aliud inde consequatur, quod absurdum ac pugnant videatur, idque ipsum conciliari aliter nequeat. Quo velut gradu confutito, negamus Abrahamum alio, quam septuagesimo anno patris esse genitum; quoniam hunc annum discrete Scriptura concepit. Quae vero aliis ex Scriptura locis... batur, quatenus Moyses historiam, quae initio capitis XII. post undecim finem continuo subtextitur, non perinde terum gestarum ordine proximam subiectam esse confirmat; sed Scripturam more suo ad id rediisse, quod deo praeremiserat, ut prius de Thara id quod inchoatum fuerat completeret. Est enim familiare Scripturae res temporis spatio distractas, sed narratione continuas eodem filo pertexere. Cum ergo Thara mentionem fecisset, ut quae ad eum spectarent, semel absolveret, obitum illius ante vocationem Abraam perfectum maluit; statimque repetito narrationis ordine ad Abrahamum, seriemque reversus est. Nota est & alia virorum eruditorum observatio; verbum xix, dixit, quo Moyses initio XII. cap. utitur, pro praeterito plusquam perfecto accipi posse. quando praeteriti genus unicum agnoscunt Hebraei; idque pro contextu sermonis per praeteritum perfectum, aut imperfectum, aut plusquam perfectum ab interpretibus exprimitur. Finge Latine ita scriptum esse. Dixerat autem Dominus ad Abram. Jam nihil questionis supererit. Illud in Augustini interpretatione minus ardet; quod in unius angustias anni omnia ista contulerit, vocationem Abraam, moram in Charram, indeque professionem in Chananaam. Quippe amplius anno Charris constitisse Patriarcham, non pauca persuadent. quod in digressu cum fortunis omnibus suis, etiam animas, quas fecerat in Haran, transfulisse dicitur in Chananaam: quibus verbis mancipia significatur, & pecora, vel iumenta, quibus dum Charris habitaret, aucta ipsius bona fuerant. Proinde ibidem aliquandiu confedit. Tum quod Stephanus... Quamobrem sic omnem illam ordinamus historiam. Thare cum Ure Chaldaeorum esset, sive ut verum Deum liberius coleret, sive alia de causa, sponte sua migravit in Mesopotamiam, Chaldaea relicta: quam Mesopotamiae nomine significatam a Stephano credunt Interpretes. Et fuisse quondam Mesopotamiae contributam Babyloniā, testis est Plinius. Quod si verum est, non solum Thare, sed etiam Abraham migrationis illius auctor fuerit, utroque in eandem conspirante sententiam. In Chaldaea proinde primum vocatus est Abrahamus. Id anno ejus aetatis lxx. factum, placet Judaeis, ut auctor est Egrebardus. Nec mihi displicet. Tum vero egredi iustus est, & in terram proficiit; quamcumque monstrasset Deus. Nondum enim certam regionem praefinerat. Hac prima vocatio a Stephano commemoratur Secundum quam quinque fere annis Charris confedit. Ita anno expleto lxxv, novo mandato sollicitus est. Egrebere, inquit, de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, Genes. XII. Quasi dicat, non solum de patria tua, quam dudum reliquisti; sed etiam de domo patris tui; quod in priore mandato, quod expressum a Stephano diximus, nondum caverat Deus. Haec enim cum patre, & in paterna domo habitare permittus fuerat. Hac secunda vocatio est, quam solam Moyses attigit. Incidit autem anno Thare cxlv. Hoc responso permotus Abrahamus in Chananaam perrexit, comitante Loto; ibique lx. annis ad obitum parentis usque perstitit. Sub ejus mortem divino, ut credibile est, instinctu Mesopotamiam repetiit: sive ut parentis funus curaret: sive ut hereditatis partem adiret. Indidemque postremo translatus a Deo, in Chananaa permansit. Quem in Chananaam reditum com. 4. Stephanus indicavit.

Regula Scripturae interpretanda

Augustini sententia

Quid in Augustini sententia non probet.

Historia summa

Difficillimum est, quae contra nostram sententiam obijci solent.

LIBER NONUS, CAPP. XIX. XX.

cohaerens obiectum sit, id probabili ratione defendi. Atqui idoneam, nisi fallor, causam reddidimus, cur tum primum sub Thara mortem in Mesopotamiam aspiraverit. Instans, solutis, ac cum uxore, & familia eodem profectus sit. Si solus; cumam suos interim commendavit? Si una familiam deduxerit; ergo Nomadum instar Hamaxobiorum sua omnia circumegit. Haec sunt iocularia, neque digna quibus respondeatur. Atenim duplex illa in Mesopotamiam, & in Chananaam profectio gratis excogitatur; neque in Scriptura usquam refertur. Qui id a nobis exigunt, cogitent ipsi prius, quo Scripturae testimonio duplicem Abraam vocationem asserant. Quid enim aliud praeter probabilem conjecturam afferant, in quam ipsos interpretandam, conciliandaque Scripturae necessitas induxit? Cur quod istis licere sibi putant, nobis similis in re, & oportunitate non permittunt? Praefertim cum, ut vel ipsimet agnoscant, antiquitatis d, n mē d p d ab nostra opinione flet: paucos ipsi suffragatores, & eorum obsecutores habeant.

Unum est, quod adversus nos, expressumque Moyses testimonium folet opponi, ut quidem nonnullis videtur, invictum. Nempe Jesham, cuius mentio est Genes. XI, 29. filiam Aram eandem esse cum Sara. Quod si Aram Abraam nata minor fuerit, ex eo sequetur ipsum anno aetatis circiter octavo Saram genuisse. Etenim x. annis Abrahamo Sara junior fuit, Genes. XVII, 17. Aram vero cum tertius ordinat, sub annum Abraam tertium nati debuit, ut octavo aegens ipse Saram gigneret, eaque decennio minor esset Abrahamo. Nos ad ea sic parati sumus, ut quod isti ex Hebraeorum traditione certissimum putant, eadem fiducia falsum arbitremur; Jesham eandem esse cum Sara. Hanc enim Thare patre genitam, sed ex alia conjugē, qui melius, quam omnes isti, scire potuit, Abrahamus docuit Genes. xx, 12. Revera, inquit, soror mea est, filia patris mei, non autem matris mea. Cujusmodi conjunctio licita tum fuisse non pauci ex antiquis Patribus, & hodiernis Scripturibus haud absurdè conjiciunt. At S. Ambrosius Epist. XLVII. negat in veteri testamento fas unquam fuisse, ut nepem quisquam suam, hoc est fratris, vel sororis filiam avensulem duceret. Illud tamen, inquit, licet in veteri testamento legimus, ut aliquis uxorem suam sororem diceret, istud inaudium ut quisquam nepem suam in uxorem acciperet, & conjugem dicit. Quod de Patriarchali saltem aetate concedi nullo modo potest. Plura de his apud Chronologos vel ad fastidium usque accumulata reperies. Nos superiora ista; magis ut ne eam quaestionem omittetremus, quam quod recondita aut difficilia putaremus, hic attigimus.

CAPUT XIX.

De Argivorum regni primordiis.

CAPUT XX.

De posteris Jacob ejusque profectio in Aegyptum, & ratione temporum in propagatione stirpis.

GENESIOS capite XXIX. & sequentibus, Jacobae stirpis fecundissima propagatio describitur, ex duabus uxoribus, & ancillis totidem: quam Moyses diligenter, ordineque percensuit. Tametsi in nonnullis obscura sit annorum particio: neque satis explorari queat, eodemne, an diversis annis in lucem prodierint. At Demetrius auctor vetus, quem Alexander Polyhistor apud Eusebium citat, libro IX. Praepar. Evang. singulorum generationes suis annis, imo mensibus assignat. Sed in ejus oratione plerique mendosa sunt, quae nos obiter castigabimus. Primum Judam ait anno, quam servare socero Jacob coepit, undecimo, mense quarto, editum fuisse. Paraph. π μ μικροσων Ζυλιανου

duxit Jacob amitam suam, Caathi sororem, Exod. 11. 1. Num; LXI, 59. Petavius. \* Diomedes Argis regnabat, quo tempore Mycenae Agamemnon. Eusebii ad Iliad A. ad hac: & μισσην και νικη, & A' est νικη και ηρω. Petavius. † Taleus successit Acrifso 3401. Mortuo Patre, Sicyonem fugit, unde reversus Argos Jul. Per. 3431. Petavius.

pag. 58;

1. Strom.

pag. 247;

Zylianou

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

Demetrii locus ca- ratur.

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

CAPUT XXI

De Jobo, eiusque tempore et origine. Ostenditur Idumaeum fuisse, et contrariae opinionis argumenta solvuntur.

TANTUS vir Patriarcha Job fuit, ut illustrandis eius temporibus peculiare hoc caput dicendum merito videatur. Et est alioqui perobscura, et controversa plena disputatio: quam cum haud pauci haecenus Scripturarum Interpretes, et Annalium conditores accuratissime tractaverint, non perdam operam in commemorandis iis, quae apud auctores ipsos legi possunt disputata copiosius. Alia sunt a plerisque praeterita, vel levius, obiterque comprehensa, quae et eodem nihilominus pertinent, nec minorem, quam qua illorum studiis exposita sunt, quaestiones partes reliquae; operam ac diligentiam requirit. Id ego cum aliis antea, tum praesertim nuper intellexi, cum ad eam me disputationem acris explorandam, penitusque pervidendam nuper cuiusdam Scriptoris occasione dedissem. Prodiit enim ante duos annos commentarius quidam de Jobi stirpe, ac genealogia vernacule scriptus, in quo patientissimi illius Patriarchae natalis fuisse differtur. Huius auctor communem de Jobi origine sententiam, et videlicet nostram; magno conatu labefactare nititur, eoque, quam veriorum putat, Hieronymi, et Hebraeorum opinionem anteponit. Sed quoniam nihil opere ac labore isto profecerit, tribus verbis ostendam.

Dua sunt de Jobi natali ac genere celebriorum sententiae. Altera est Hieronymi in Tradit. Hebr. in Genesim, qui Jobum de stirpe Huz primogeniti Nachor fratris Abraham descendisse scribit: et errare quosdam, qui de Esau genere esse putent. Nam Genes. xxii, 21. Melcha peperit Nachori Hus primogenitum, et Huz fratrem eius. Fuit autem Job in terra Hus. Igitur Nachoris nepotem, Tharae filium, cuius pater Hus fuit, avus Nachor, Jobum Patriarcham nuperi auctor Commentarii statuit.

Altera est opinio, Jobum ab Esau stirpe propagatum esse, ab eoque numerari quintum. Esau quippe filium habuit Rahuelem ex Basemath Ismaelis filia, sorore Nabajoth; Genes. xxxv, 4. & 10. Rahuelis filius Zara com. 13. cuius filius Jobab, com. 33. Hunc enim eundem esse, qui et Job appellatus est postea, magno consensu receptum est. Posterioris huius sententiae vetustissima est auctoritas in codicibus Graecis, in quibus ad calcem Jobi lacinia quadam adtexitur, quae Jobab prius dictum fuisse Patriarcham docet, qui Job postea nominatus est. Hunc Zara patre genitum ex Esau posteris, matre Bosfora quintum ab Abraamo censerit. Quamvis autem appendix illa Canonica auctoritate careat, nihilominus antiquos ferè omnes perpulit, ut pro certo id haberent, Jobum ab Esau stirpe originem trahere. Ita sentit inter alios Epiphanius noster, qui et Appendixem corrigi. Non enim ab Abraamo quintum, sed ab Isaaco Jobum esse dicit. Quamquam et Athanasius in Synopsi, et Chrysostomus Hom. II. de Jobi patientia, quintum ab Abraamo numerent: ipso videlicet exclusio stirpis auctore. Ad stipulatur & August. lib. Pars II.

\* Jobi Amicum Regem vocat Lucifer Lib. I. pro S. Athanasio pag. 81. Orosius in Apcl. pag. 737. Manifestatio ista Diaboli tempore Job facta est, sicut, tempore Moysi. † Petavius emendabat in margine libri quartum, addebatque Aben Ezra in I. Cap. Jobi, utramque memorat, sed in hac acquiescit.

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

De doctrina temporum, in quo agitur de aetate Jobi, et de tempore eius in Aegypto, et de aliis rebus huiusmodi. Quamvis in scriptura non sit expressum, quomodo Jobus in Aegypto fuerit, tamen ex aliis locis scripturae colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit. Quod etiam ex eo colligi potest, quod Jobus in Aegypto fuerit, et quod ibi multum divitiis abundavit.

\* Esau Lib. I. Demonstr. Cap. IV, pag. 11. ubi et quintum facit ab Abrahamo. Petavius. † Prosper Part. I. praedict. & promiss. cap. xxii. Ambros. in Psal. xxxvi. col. 795.

Secunda magis probatur.

Explicatur quomodo Jobab Esau pro pagatus fuerit.

Cap. vii.

pag. 46.

Imaellis

Imaellis filiam Maheleth, vel Basemath, uti cap. xxxvii, 3. vocatur; sibi conjugem advevit, e qua natus est Rahuel. Quare non potuit in lucem edi Rahuel ante...

Quando natus sit Job: an ante vitam illius reges existant.

Mihi vero, cum de tota hac historia Jobi nihil praeter conjecturam ac suspicionem habeamus, cum communi illa sententia, quae eundem illum Patriarcham Zaram filium Esau pronepote facit, id imprimis consentaneum esse videbatur; nam illum fuisse annis aliquot antequam Jacob cum filium suam in Aegyptum migraret. Esau enim circiter etatis suae lxxxvii, postquam Jacobum vidit in Mesopotamiam a patre dimissum, ut apud gentes suos conditionem sibi quaereret, Imaellidem conjugem duxit Basemath. Ex ea natus est Rahuel, anno Jacobi & Esau lxxxvii. Rahuel annu circiter agens xviii. gignere potuit Zaram. Demum hunc esse mundi 2203. Perio di Jul. 2933. Zaram igitur eadem etate, qua ipsum pater genuerat, Jobum filium suscepit, qui natus ponetur anno mundi 2221. Per. Jul. 2951. etatis Esau, & Jacob, 114. ante exitum Israelitarum ex Aegypto, 233. Jam quod anno vite septuagesimo in cruciatus illos incidisse, usque septennio toto jactatum esse vulgo ferunt, mihi non probatur. Malim id anno Jobi quinquagesimo contingisse, ac paucorum mensium, aut ad summum, unius anni spatio perverasse. Is erit annus Julianae Perio di 3000. mundi 2270. post Jacobi mortem, 16. ab Israelitarum transitu in Aegyptum, 33. ante exitum, 183. Vixit deinde cxi. annis. Quare mortuus est anno Per. Jul. 3139. mundi 2409. ante migrationem Aegyptum, xlv. Totidem anni regibus sex reliquis eximi possunt; si quis ita Moysi verba vel interpretari, uti regis nomine, ductorem, ac moderatorem intelligat; quo sensu Deuteron. xxxvii, 5. Moyses idem rex dicitur; ac nonnulli Jud. xviii, 1. regis vocabulum accipiunt. Quantum autem perobscura in historia conjectura licet assequi: regnum Idumaeae tum hereditarium non fuit. sed cum regio tota in provincias distributa jam esset, quae singulis ducibus parebant; postea consensu omnium regem deligi placuit, & quidem ex Ducum ipsorum numero: penes quem summa potestas esset. Horum unus Jobab, sive Job fuit; qui cum & ante calamitatem, & post illam perditu ducatu solo contentus fuisset; electo demum Beoris filio Bela, cui sortito fortasse praer ceteris ea dignitas obrigit, ac post aliquot annos regni mortuo, successit est Jobab; eidemque Reges alii ordine successerunt. Sin est ut laxandum Regibus intervallum aliquis existimet; quod & mihi probabilis est visum; licet hoc ea ratione commodè dispensare. Duces illi, qui regibus substituti dicuntur, undecim, nequaquam ut recentiori Scriptorum placuit, Idumaeae toti praefecti sunt, neque prioribus extinctis posteriorum ordine subrogati. quemadmodum in regibus accidisse Scriptura demonstrat. Sed eodem omnes tempore suae quique regionis ac provincia duces existierunt. Nam cum aliquot jam anni Duces Idumaeae penes unum insignia regni, & fortassis Aristocraticum jus, & imperium residere maluissent; postea veterem ad administrandi formam redierunt: ac desitis regibus, qui sub illis Duces fuerant, & eorum se haec imperio subjecerant, liberam, ampliorisque potestatem singuli suis in provinciis usurparunt. Eorum igitur nomina, qui illo ipso, quo scribebat, tempore superstites erant, Moyses percensuit; quod ad Esau stirpem pertinerent quam illo capite describit. Atque hoc quidem sub extremum vite Moysi tempus accidisse nihil prohibet. Pingamus ergo sex illos reges Jobi successores annos lxxx. circiter imperasse, ad usque annum Perio di Julianae 3219. mundi 2489. reliqui erunt ad obitum Moysi quatuor anni, vel quinque: quibus, sublato regio dominatu, & unius imperio, plures in Ducatus Idumaeae distributa est. quemadmodum Romano imperio accidit. quod cum unius ditione, ac potestate regeretur, cui Provinciarum Praefecti, Duces, atque Comites, quosque Marchiones vocant, ad nutum obsequabantur; paulatim attenuatis opibus od redactum est; ut illius excusso iugo, plerique suis in regionibus summum jus ac dominatum adepti sint. Ducum porro Idumaeorum nomina, qui post extinctos reges suis in civitatibus vixisse esse ceperunt, Moyses, uti diximus, memoriz commendavit, qui quidem ex Esau genere propagati fuerant. Hac est nostra de Jobo, deque Idumaeae principibus simplicissima narratio. quae non solum Jobi, qui enim id fieri potest? sed conjectura nititur: quam ne ille quidem sententiae communis oppugnatot;

ac supposititii Philonis advocatus negare potest cum Moyhis historia valde esse consentaneam.

CAPUT XXII.

De Atheniensium regno.

TRIPLICEM administrandi formam experta est Atheniensium civitas, ut ex Eusebio constat. Primum enim sub regibus fuit, numero xvii. quorum princeps apud Eusebium Cecrops habetur, ultimus Codrus Melanthi F. Tenuerunt annos cccc.lxxxvii. Postea Archontes perpetui numero xlii. annis ccc.lxxxvi. Demum Archontes annui substituti sunt. Uti regum originem exploremus, illud ex Eusebio Chronico sumendum; anno Mnesthei undecimi regis ultimo, hoc est xlii, Trojanum excidium contigisse. Primus, uti dixi, regum Cecrops habetur. Etsi Pausanias Aetnam ante Cecropem nune-ret. A Cecrope ad Trojanam aetnam anni sunt cccc.lxxxv. qui detracti de anno Perio di Julianae 3530. quo captum est Ilium relinquunt annum 3156. quo Cecrops, & Atheniensium regnum iniiit, anno mundi 2426. post Diluvium anno 770. post ortum Abraami, 478. ante migrationem ex Aegypto annis fere xxviii. Apud Eusebium Cecropis initium ponitur anno Abraami cccc.xi. Moysi tricesimo quinto. Post annos xlv. Moysi videlicet octogesimo, Hebraeorum exitus. Sed Eusebius in Judaeorum regum annis paullo fuit liberalior. Ideo minus intervallum a natali Abraami ad Cecropis exordium constituit; quam veritas postulet. de qua re postea.

De Melanthe rege, qui xvi. a Cecrope regnavit, quiddam animadversione dignum est. Hic enim ab Eusebio copisse memoratur anno Abraami dcccxc. qui iniiit anno Perio di Julianae 3586. Quare cum Eusebio Chronologia nostra congruit, consentiente Scaligerò; nec non Jacobo Cappello, & aliis Chronologis. Id autem Heraclidarum καὶ Ἡρακλειδῶν καὶ Ἰωνῶν ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου: quando & Iones in Atticam irruerunt.

Verum Pausanias ab Eusebio dissentit. Nam in Corinth. refert Heraclidas Peloponneso potius variis civitatibus veteres incolae exturbasse: ut Lacedaemone, & Argis Tifamenum Orestis & Hermiones filium: & Messenia Neleidas, qui & Nestorides fuerunt; Aetnamem Silli F. Thralymedis nepotem, Nestoris pronepotem; Pisistratum Pisistrati F. item Antiochi filios; cum iis quoque Melanthum Andropompi filium Bori nepotem: cuius pater fuit Penthilus, avus Periclymenus Nestoris filius. Ex his Tifamenus in Achaia, quae & Egialea dicta, copias duxit, & adversus Ionas pugnans in acie cecidit. Neleida, excepto Pisistrato, Athenas profecti sunt: ubi & interfecto Thymete regnum occupavit Melanthus; idemque pulsos ab Achaia Ionas exceptit. Hac Pausanias partim Corinth. partim Achaicorum initio. Quae si vera sunt, falsus est Eusebius, qui tot annis ante Heraclidarum reditum Melanthi primordium anteverit.

An alios habuit auctores, qui Melanthum non ab Heraclidis primum fugatum in Atticam venisse memoriz prodiderant? Dum ea de re conset, malim interim in Pausaniz sententiam condescere: & vulgarem, adeoque nostram castigare Chronologiam. Quocirca vel Atheniensium epocha annis quinque & viginti tardior esse debet; ut in annum relectetur Perio di Julianae 3181. vel 3182. si Eusebiana regum tempora immota constent: vel Thymete anni xxxiv. circiter impudantur, ut anno 3612. inierit Melanthus: sed non nisi xli. regnariis annis. Utrum sit probabilis, judicent eruditi.

Libro de Jobo cap. vii. pag. 68. & 69. pag. 66. pag. 63. pag. 67.

